



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

Et dominus dixit pisci, isq[ue] lonam in terram expuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

## ANNOTATIONES.

ſe macerabatur, quandoquidem ſolam ſuam orationem indicarit. Quapropter, opus eft nos abſueſtris scripturæ, ut ubi cung; diuī generatim de uotis loquuntur et per ſolutione, neq; quicquam ſingulatim exprimunt, communē illic uotum, totius populi Dei, et omnium qui Christum caput ſuum agnoscunt intelligatur. Vouemus autem, nullum alium nos habituros Deum, præter ipsum ſolum. Quare huiusmodi uotum per ſoluere nihil aliud eft, quam confiteri, laudare, prædicare, adeoq; honorare et colere Dominum. ſicut et Psalm. 49. ait. Immola Deo ſacrificium laudis, et uota tua altissimo per ſolue. Et Psalm. 115. Per ſoluam uota mea Domino, in conſpectu omnis populi eius. Ad hunc modum Iona uota ſua reddere in animo habet, hoc eft, Dominum commendare, prædicare, tanquam unicum Deum ſuum. eo quod ſibi ſuccurſum fit.

Et dominus dixit pisci, iſcq; Ionam in terram expuit.

Hoc peculiari Scripturæ modo dictum eft, puta. Quod Deus omnia operetur et faciat, per Sermonem aut Verbum. ut Iohā. 1. Omnia per uerbum facta ſunt, et ſine ipſo factum eft nihil, et Psal. 33. Ipſe dicit, et ſiunt. Præcipit, et ecce adſunt. Sic Io

8 3 nan pi=

nam piscis decoquere non potuit, et natura piscis  
non modo, cursum suum tenere, à solita et ingenia-  
ta energia et operatione non potuit, sed cibum eti-  
am reddere coacta est, præterea et ad terram fer-  
re, et illæsum expuere. ut adeo præter ingentia mi-  
racula in Iona Deus nihil operetur. Omnia iam in-  
uersa sunt, quæ ante ad mortem faciebant, nunc ad  
uitam scriuire coguntur. Piscis, qui ante ad mortis in-  
strumentum erat instrumentum esse uitæ compelli-  
tur. Et Ionæ per cum uitæ restitui oportet, per quem  
ad mortem usq; captus erat. Quin et mare locum  
cedere adigitur, et hospitem suum dimittere. Mon-  
tium fundamenta nihil porrò detinent, terre repa-  
gula sunt ablata, alga non amplius operit, et c. Atq;  
hæc omnia in consolationem et fiduciam nostri fa-  
cta sunt, ut Deo fidere discamus, apud quem æque  
valent, mors et uita, tamq; facilia sunt hæc illi, ac  
sic cum ijsdem luderet, quando alterum dat,  
alterum auferet, aut alterum pro alte-  
ro permuat. Nobis uero in-  
gentia et impossibilia  
sunt, in quibus  
suam no-  
bis uirtutem et scienti-  
am cōmonstrat. uti Psal. 104. adserit.

Capit